Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8166
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

8

totum ego mundum, qui me hactenus extra uestram
religionem aluit, testem implorо; nec nullas postea
in hoc seculo opes quesiuisse, nihilq; contra uotum
castitatis fecisse. sed eandem quam apud uos Deo
promisi castitatem conseruasse. Aut si relictis
quoq; meritis, saltem aliquam post hac mea in
Religione constantiam requiritis: tum ita me
iam affectum scitote, Si etiam si mihi uitam
condonandam non putaretis, multò tamen occidi
malim à Catholicis, quam uiuere Apud Euā-
gelicos homines nec solida charitate, nec uirtu-
te, nec doctrina præditos: & quantumuis nonnulli
Catholici Doctores, quos Euangelici nostri barbaros
uocant, errarent; multo tamen malim cū ipsis
tanquā cum ingeniosis, & propter rerum,
quas tractant, subtilitatem, necessario lingua
barbaris, errare: quam cum his, qui nō lingua
& uerbis, sed doctrina & moribus sunt barbari,
uerum sentire. Valete VVratislauiæ .18.
Octobris Anno. 1581